# Acta Capituli Provincialis Dominici Mexico, 1628

JOHN CARTER BROWN
LIBRARY

Purchased from the
Trust Fund of
Lathrop Colgate Harper
LITT. D.

1628 1568
117

# ACTA
# CAPITVLI
## PROVINCIALIS CE-
## LEBRATI IN CONVENTV

noſtro S. Dominici Regalis de Mexico, Die 27.
Maij Anno Domini 1628. Sub. R. Admodum P.
N. F. Hyacintho de Hozes in ſacra Theolog.
Magiſtro, Viſitatore Appoſtolico, & Ger
rali Vicario eiuſdē Prouinciæ, cæterarum
nouæ Hiſpaniæ Ordinis Prædicatorum

BPJCB

## EPISTOLA AD TOTAM PROuinciam.

A DEO eſt humani generis conditio miſera, adeó humana voluntas in primi hominis extitit præuaricatione vitiata; vt etiam inter beneficia Dei, illuſtrationes, & auxilia ſemper in deteriorem ſit procliuior voluntatem. *Cui committi* ( ait Proſper diuinus ) *non eſt aliud, quam dimitti.* Hæc ſi ab incommutabili voluntate nõ regitur, vaga, incerta, inſtabilis, imperita, infirma ad efficiẽdum, facilis ad audendum, incupiditatibus cæca, in honoribus tumida, curis anxia, ſuſpicionibus inquieta, gloriæ, quam virtutũ auidior, famæ, quam conſcientiæ diligentior, nil in ſuis habet viribus, niſi periculi facilitatem, & tãto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actione. Hæc inquam ne vagari incipiat, ne vé vt cæca infoueam cadat, vt infirma vacillet, vt incerta aberret, vt inſtabilis mutetur in peius, & tandem ne ſibi cõmiſſa audeat dicere, non ſeruiam, firmanda, fulcienda, docenda, dirigenda, atque illuminãda eſt. Scriptum eſt autem, *mandatũ, lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ* & alibi *bonum eſt viro ſi portauerit iugum ab adoleſcẽtia ſua.* Hoc opus, hic ſcopus noſtræ congregatio-

*Lib. 1. de vocat. om. gent. c. 6.*

*Prou. 6.*

*Prou. 4.*

tionis ( Patres ) leges, & præcepta cōdere, quæ Auſpice Deo voluntatem illuminent, inſtruāt & corroborent. Lex namque non ob aliud homini data, niſi vt diuinū quærat auxiliū, quod quidem datur, vt lex impleatur. Quorum vtrūque, quam pulchrè cecinit idem ipſe Proſper
pig. 44. ſic inquiens:

*Sed quia mens anceps, patitur mala corporis ægri,*
*quærere diuinum, cogimur auxilium.*
*Lex igitur facit, vt poſcatur gratia Chriſti*
*Ardua qua legis iuſſa queant fieri.*

Et quia lex Chriſti perfectio charitatis eſt, cū plenitudo legis ſit dilectio, & præceptum Domini vt inuicem diligamus; ideo hāc vobis cōmendatam maximé cupimus. Quā ſi Deo exhibeamus, & proximo de corde puro, cōſcientia bona, & fide nō ficta: bonis omnibus abundabimus, ſæculi blandimenta contemnemus, & omnia quæ humanæ fragilitati difficilia ſunt, etiam cum delectatione perficiemus. Si verò ( quod abſit ) cupiditate temporalium rerum irretiti inueniamur; marceſcit, langueſcit, ac
Lib. 83. Quæſt. perijt vita charitatis. Auguſtino dicente. *Venenū charitatis eſt, ſpes adipiſcendarum, aut retinendarum temporalium rerum: augumentum eius, cupiditatis diminutio: perfectio, nulla cupiditas.* Hac, charitate ſi potiamur, &
Serm. de Natiuit Ioannis. proprijs, & proximorum peccatis facilè reſiſtemus. Nemo igitur fratres ( inquit Bernardus )

*Vitia*

*vitia palpet, peccata diſimulet, nemo dicat, nunquid Cuſtos fratris mei ſum ego? nemo quod in ſe eſt æquanimiter ferat cũ viderit ordinem deperire, minui diſciplinam: eſt enim conſentire ſilere, cum poſsis arguere: & ſcimus quia ſimilis pœna facientes maneat, & conſentientes. Quis infirmatur (ait Paulus) & ego nõ infirmor? quis ſcandalizatur, & ego nõ vror?* Cuius ergo non commouentur viſcera, ſi ex parte denigratam huius almæ Prouinciæ, cæterarum Reginæ, pulchritudinem contempletur? Quis tam vecors, vt populi ſui affectiones, atq̃ egeſtates haud ſentiat, patiatur, & ploret? Quo modo charitatis adeps, qui intus latitat, foras per oculos non emanat? Perpendite, qui religioſam in ſocietate vitam degitis, quid fratribus aſſociato, quidque ſoli contigerit Moyſi, loquente Domino populo trementi. Audite Nyſenum. *Cum cæteri omnes deſolati in ſocietate minus timeant*, ipſe (Moyſes) *derelictus ſolus audacior factus eſt. Vnde patuit non vt timidum quendam perterritũ in principio fuiſſe; ſed charitate timentis populi fuiſſe commotum. Quare cum quaſi onus quoddam timorem populi depoſuerit, ac in ſe ipſo factus eßet, tunc ipſam caliginem audacter ingreditur.* Charitatis igitur igne ſuccenſi, quem Dominus mittere velit in terram, vt arderet, fratrum miſerias, atque egeſtates ſentire, deplorare, atque emendare, per eius miſericordiæ viſcera non deſiſtatis. Valete. *Lib. de vit. Moyſis.*

## ABSOLVTIONES.

ABſoluimus omnes Suppriores Conuẽtuũ noſtrorũ, & Vicarios domorũ huius noſtræ Prouinciæ, ſicut fieri conſueuit in conſimilibus Capitulis. Exceptis R. P. M. F. Lazaro de Prado Vicario domus noſtræ de Tepetlaoſtoc, & F. Ludouico de Caſtilla Vicario domus noſtræ de S. Auguſtin, & P. F. Ioſeph de Quintana Dueñas Vicario domus noſtrę de Azcapotzalco, quas Vicarias vacare nollumus ob rationabiles cauſas, ſed potius prædictos Patres in eis durare, pro tempore, quo placuerit R. admodum P. N. Vicario Generali, aut R, admodum P. Prouinciali.

## DENVNTIATIONES.

DEnuntiamus, R. P. Noſtrum F. Seraphynum ſiccum de Pauia totius ordinis Prædicatorum Generalem Magiſtrum, ad inſtantiam Regis Catholici, & authoritate Appoſtolica inſtituiſſe in Viſitatorem, & Vicariũ Generalem huius noſtræ Prouinciæ, cæterarumq́ nouæ Hiſpaniæ, & in Præſidẽtem huius noſtri Capituli, ac aliorum dictarum Prouinciarum, per ſuas patentes literas, á nobis quantum ad omnia humiliter receptas, Reuerẽdum admodum P. M. F. Hyacinthum de Hozes, qui ſumma

ma pace, ac pietate huic N. Capitulo præfuit.

Denuntiamus etiam in hoc noſtro Capitulo ſumma omnium concordia, & pace mirabili electum fuiſſe in Prouincialem R. admodum, P. F. Illephonſũ de Orduña Priorem Conuentus noſtri S. Dominici de Cuyoacan, & in Deffinitores, RR. admodum PP. F. Franciſcũ de Arebalo Magiſtrum, F. Didacum de los Cobos Præſentatum, & Priorem Conuentus noſtri S. Dominici de Mexico, F. Franciſcum de Ballinas Prædicatorem Generalem, & Priorem Cõventus noſtri, S. Dominici de la Puebla, F. Petrum del Monte Prædicatorem Generalẽ pro natione Mixteca.

Denuntiamus quoque R. admodũ P. N. Vicarium Generalem, auctoritate Pontificia monuiſſe hanc noſtram Prouinciam, cæteraſque ſuæ curæ ſubiectas extare decretum fælicis recordationis Clemẽtis Papæ Octaui, & Vrbani Octaui tenoris ſequentis. Ego frater, N. *Iuro in verbo Sacerdotis, & per hoc ſignũ Sãctæ Crucis, & iſta ſancta quatuor Euãgelia, promitto omnipotẽti Deo, beatæ* Mari*æ, & beato* Dominico *P. N. & omnibus Sãctis, eũ eligere in* Prouincialẽ, &c. *quẽ abſque vllo humano reſpectu, omni poſtpoſita negociatione, credo futurũ eſſe in ſpiritualibꝰ, & tẽporalibus meliorẽ. Nec illi vocis meæ ſuffragio patrocinari, quẽ vero ſimiliter ſciuero cõtra Appoſtolica decreta fauore, prœce, pro miſsione, per ſe, vel per aliũ, aut aliàs qualitercũq; directè vel in directè ſibi hãc electionẽ procuraſſe, aut fauores admiſiſſe. Sic*

*Deus adiuuet, ſaluum faciat, aut condemnet* A*men*. Quod prꝑſtare debent electores in manu Præſidis ( & ipſe prius ſi ſuffragium habeat ) genuflexi corã cruce, & libro Euangeliorum in omnibus electionibus Prouincialium, & Priorum S. Dominici de Mexico, & S. Dominici de la Puebla: Quod etiam humiliter à nobis fuit receptum, atque executioni mandatum.

Denuntiamus item in hoc noſtro Deffinitorio canonicè fuiſſe electos per vota ſecreta iuxta decretum fælicis recordationis Cregorij 15. RR. PP. F. Illephonſum de Xironda in Prioré Conuentus noſtri Sanctæ Cruzis de Zacatecas, & F. Ioannem de Auendaño in Priorem Conuentus noſtri Sanctæ Mariæ de Guia de la Veracruz. & F. Bartholomæum Sanchez in Priorem Conuentus noſtri Sanctæ Máriæ del Roſario de Guadalaxara. Quas omnes, & ſingulas Priorum electiones confirmauit R. admodum, P. Noſter Vicarius Ceneralis, qui noſtro præfuit Deffinitorio.

## INSTITVTIONES.

INſtituimus examinatores confeſſariorum, & Prædicatorum pro Hiſpanis in Cõuentu noſtro S. Dominici de Mexico, & in Cõuẽtu noſ-

tro

tro S. Dominici de la Puebla RR. PP. Regen-tes, & Lectores Prædictorum Conuentuum; & in iudices pro examinandis informationibus recipiendorum ad habitum noſtri ordinis, iuxta decretum Sanctiſsimi P. N. Clementis Papæ octavi eoſdem ſupradictos PP. & in abſentia alicuius eorum inſtituimus illum, aut illos, quos deſignauerint Priores Prædictorum Cōuentuū. Pro Indis verò in Mexicano idiomate inſtituimus R. P. F. Illephōſum de Baeça, & P. F. Franciſcū Gutierrez: & pro natione Mixteca, R. P. F. Petrū del Monte, & F. Illephonsū de Chaues.

Inſtituimus in Prædicatores Generales R R. PP. F. Lucam Martinez pro natione, & lingua Chochona, & F. Didacū Bartiga pro Cōuētu noſtro ſanctæ Mariæ de Guia de la Veracruz, & F. Bartholomæū Sāchez pro Cōuētu noſtro ſanctorū Petri, & Pauli de Tepoſcolula, cū omnibus gratijs, & priuilegijs quibus prædicti Prædicatores Generales noſtræ Prouinciæ potiri ſolent.

Inſtituimus item in Prædicatoré generalem cum eiſdē gratijs, & priuilegijs R. P. F. Ioſephū de Quintana Dueñas pro Conuentu noſtro S. Mariæ de la Piedad: obſecrantes R. admodum P. N. Vicarium Generalem, vt ſupplere, ac diſpenſare dignetur auctoritate Appoſtolica ſibi commiſſa, ſi quid obſtat in prædicto Patre ad

prædictum munus Prædicatoris generalis ſub eundum, attendendo eximios eius labores, atq̃ infatigabilem ſolicitudinem in negotijs huius noſtræ Prouinciæ pertractãdis, in Hiſpania coram regio ſenatu, & apud Reuerẽdiſsimum P. N. Magiſtrum ordinis, quam diſpenſationem libenter præſtitit prædictus R. admodum P. N. Vicarius Generalis.

Inſtituimus in Conuentu noſtro S. Dominici de Mexico in Suppriorẽ R. P. F. Ioannẽ Baptiſtã del Caſtillo, & in Vicarium eiuſdem Cõuentus F. Didacum de Segura, & in Magiſtrũ nouitiorum R. P. F. Franciſcum del Barrio: & in Procuratorem generalem pro negotijs Prouinciæ R. P. F. Dominicũ de Allende, & in Procuratorem generalem huius noſtri Conuentus pro negotijs eius, quem deſignauerit P. Prior cum PP. à conſilijs.

In Conuentu noſtro S. Dominici de la Puebla inſtituimus in Suppriorem, p. F. Dominicum de Caruallo, & in Vicarium eiuſdem Conuentus, p. F. Petrum Lopez, & in Magiſtrum Iuuenũ, & nouitiorũ laicorũ R. P. F. Petrũ de Cuellar, & in Procuratorem generalẽ pro negotijs dicti conuentus pertractandis P. F. Ioannẽ de Auila.

Inſtituimus in conuentu noſtro S. Catherinæ Senenſis in ciuitate Mexicana R. P. F. Didacũ

de

de Seruantes. In Collegio noſtro S. Dominici de porta Cœli inſtituimus in Procuratorem bonorum dicti Collegij, quem deſignauerit, R. admodum P. Rector de conſilio Patrum dicti Collegij.

Inſtituimus ſocium, & ſecretarium R. admodum P. Prouinciali P. F. Ioannem de Cordoua.

Inſtituimus etiam, & ex nunc pro tunc acceptamus, & inſtituit R. admodũ P. N. Vicarius Generalis auctoritate Appoſtolica in Prædicatorẽ generalem pro prima vacante natorum in Hiſpania R. P. F. Franciſcum del Barrio, ea conditione, atque onere, vt per quattuor integros annos inſeruiat Deo, & huic noſtro conuentui in officio Magiſtri Nouitiorum, cum aliàs glorioſè Prædicauerit, habeatque omnia requiſita ad Prædicatoris generalis officiũ. Eademque auctoritate Appoſtolica inſtituit R. admodum P. N. Vicarius Generalis in Prædicatorem generalẽ pro prima vacante natorum in indijs R. P. F. Franciſcum de Gueuara, obſecramuſque Reuerendiſsimum P. N. Magiſtrum ordinis, vt augere dignetur numerum Prædicatorum generalium: ſunt enim in hac noſtra Prouincia quã plures alij PP. ad prædictum officium Prædicatoris generalis digniſsimi, nõ ſolum titulo Prædicationis, ſed etiã titulo peritiæ in lingua Mexica

predicatores generales

xicana, & Mixteca.

Inſtituimus in Prioratum domum noſtram S. Hyacinthi de Atriſco, & in Priorem dicti conuentus, & in Predicatorem generalem pro illo R. P. F. Didacum de Mora, quam Prædicaturã ex nunc pro tunc acceptamus, eò quod in dicti Cõuentus ædificatione plurimũ inſudauerit, ac in defeſſè laborauerit.

## INSTITVTIONES MINISTRO-rum Indorum.

In Conuentu noſtro Sancti Ioannis Baptiſtæ de Cuyoacan inſtituimus miniſtrum doctrinæ Indorum P. F. Ioſephum Cortes ob linguæ peritiam.

¶ In Conuentu noſtro S. Dominici de Yzſocan, P. F. Thomam de Silua. ob &c.

¶ In Conuentu noſtro S. Dominici de Oaxtepec P. F. Ferdinandum de Naua. ob &c.

¶ In Conuentu noſtro Sanctæ Mariæ de Tetlaoſtoc, p. F Didacum de Medrano. ob &c.

¶ In Conuentu noſtro Sanctæ Mariæ de Tepuſtlan, p. F. Ioannem Nuñez. ob &c.

¶ In Cõuẽtu noſtro Sanctæ Mariæ Aſſumptionis de Yautepec, p. F. Frãciſcũ Gutierrez. ob &c.

¶ In domo noſtra Aſſuptionis de Amecame-

can

can F. Ioannem de Naua. ob &c.
¶ In Domo noſtra Sanctorum Apoſtolorum Philippi, & Iacobi de Azcapozſalco p.F.Illefonſum de Baeça. ob &c.
¶ In domo noſtra Beatæ Mariæ Purificationis de Atlacoayan, p.F. Didacum de Liaño. ob &c.
¶ In domo noſtra Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli de Tlahuac, p.F. Ioannem Lopez ob &c.
¶ In domo noſtra S.Dominici Tepexic, p.F.Ioannem Riſo. ob &c.
¶ In domo noſtra ſancti Vincentij de Chimalhuacan Chalco, p.F.Ioanné de Abrego. ob &c.
¶ In domo noſtra ſanctæ Mariæ Tepapaiecã, p.F.Martinum de Gaona, ob &c.
¶ In domo noſtra S. Ioannis Baptiſtæ de Tetelam, p.F.Melchorem Tamayo. ob &c.
¶ In domo noſtra ſancti Dominici de Chimal huacam Atengo, p.F.Manuelé Ramirez. ob &c.
¶ In domo noſtra Natiuitatis ſanctæ Mariæ de Coatepec, p. F.Ferdinandũ de Becerra. ob &c.
¶ In domo noſtra S. Hyacinthi de Yztapalocam, p.F.Laurentium Farfan. ob &c.
¶ In domo noſtra S. Ioannis Baptiſtæ de Tenango, p.F.Illephonſum Gutierrez. ob &c.
¶ In Conuentu noſtro S. Dominici de Tlalquitenango, p.F.Antonium de Adorno, ob. &c.

¶ In domo noſtra S. Michaelis de Tlaltizapan, p.F. Ioannem de Santiago. ob &c.

¶ In domo noſtra S. Iacobi de las Amilpas, p. F. Bartholomæum de Almeida, ob &c.

¶ In domo noſtra S. Dominici de Guayapan p.F. Thomam de Meſa, ob &c.

¶ In domo noſtra S. Auguſtini de Palpan, p.F. Ilephonſum Romero ob &c.

¶ In domo noſtra S. Dominici de Zuchitepec, p.F. Ludouicum de Peralta. ob &c.

¶ In domo noſtra S. Dominici de Gueguetlan, p.F. Eerdinandum de Ribera, ob &c.

¶ In domo noſtra S. Michaelis de Tlilapan, p. F. Ioannem de Eſtrada. ob &c.

¶ In domo noſtra SS. Apoſtolorū Petri, & Pauli de Eccazingo, p.F. Martinū de Ochoa. ob &c.

¶ In Conuentu noſtro S. Andreæ de Aguatelco, p.F. Ioſephum Barbero. ob &c.

¶ In domo noſtra S. Dominici de Miſcuac, p. F. Petrum de Oyangurem. ob &c.

¶ In domo noſtra S. Hyacinthi. p.F. Petrū Aluarez. ob &c.

¶ In domo noſtra S. Pauli de la Puebla, p.F. Raymundum Corona. ob &c.

## IN NATIONE MIXTECA

¶ In Conuentu noſtro SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de Tepoſcolula, P. F. Illephonſum Galindo. ob &c.

¶ In domo noſtra S. Ioannis Baptiſtæ de Cuextlaguac, p. F. Ioannem de Zea. ob &c.

¶ In domo noſtra Natiuitatis S. Mariæ de Tamazulapan, P. F. Didacum Garcia. ob &c.

¶ In domo noſtra S. Iacobi de Texupa, P. F. Franciſcum de los Cameros. ob &c.

¶ In domo noſtra Aſſumptionis S. Mariæ de Chila, P. F. Franciſcum de Villalpãdo. ob &c.

¶ In domo noſtra S. Dominici de Tonala, P. F. Ioannem de Bargas. ob &c.

¶ In domo noſtra S. Ioannis Baptiſtæ de Guaxuapa, P. F. Bartholomæum de Soſſa. ob &c.

¶ In domo noſtra SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de Tequeciſtepec. P. F. Franciſcum Blanqueto. ob &c.

¶ In domo noſtra S. Ioannis Baptiſtæ de Ygualtepec, p. F. Bernardum de la Cruz, ob &c.

## INSTITVTIONES VICARIOrum, ſiué prælatorum fratrum.

¶ In domo noſtra S. Dominici de Oaxtepec damus in Vicariũ p. F. Chriſtophorum Hurtado.

¶ In domo noſtra S. Mariæ de Tepetlaoſtoc.

R. P. M. Lazarum de Prado, pro tempore, quo placuerit R. admodum P. N. Vicario Generali, aut R. admodum P. N. Prouinciali.

¶ In domo noſtra Natiuitatis Beatæ Mariæ de Tepuſtlan p. F. Illephonſum Xuarez.

¶ In domo noſtra Beatæ Mariæ Aſſumptionis de Yautepec, p. F. Illephonſum de Contreras Prædicatorem generalem.

¶ In domo noſtra Aſſūptionis de Amecamecā p. F. Laurētiū de Ayala, Prædicatorē generalem.

¶ In domo noſtra SS. Apoſtolorum Philipi, & Iacobi de Azcapuzalco, p. F. Ioſephū de Quintana Dueñas pro tempore, quo placuerit R. A. P. Vicario Generali, aut R. A. p. N. Prouinciali.

¶ In domo noſtra Beatæ Mariæ de Atlacubaya R. P. M. F. Hyeronimum Rubion.

¶ In domo noſtra SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de Cuitlahuac p. F. Petrum Iurado.

¶ In domo noſtra S. Dominici de Tepexic, p. F. Ioannem Riſo.

¶ In domo noſtra S. Vincentij de Chimalguacan Chalco, p. F. Chriſtophorū de S. Hyacintho.

¶ In domo noſtra S. Mariæ de Tepapaecam, p. F. Ioannem Ponçe.

¶ In domo noſtra S. Ioannis Baptiſtæ de Tetela, p. F. Rodericum Sorje.

¶ In domo noſtra S. Dominici de Chimalhua

can

can Atengo, P.F. Antonium Xuarez.

¶ In domo noſtra Natiuitatis S. Mariæ de Coatepec, P. F. Ioannem de Ortega Prædicatorem Generalem.

¶ In domo noſtra S. Hyacinthi de Eſtapalucam, p. F. Franciſcum Naranjo expoſitum ad Baccalaureatus gradum.

¶ In domo noſtra S. Ioannis Baptiſtæ de Tenango, p. F. Ioannem de Eſquibel Prædicatorem generalem.

¶ In domo noſtra S. Dominici Tlalquitenango, p. F. Franciſcum de Herrera Prædicatorem generalem.

¶ In domo noſtra S. Michaelis de Tlaltiſapan p. F. Rodericum de Albis.

¶ In domo noſtra S. Iacobi de las Amilpas p. F. Damianum de Porras Præſentatum.

¶ In domo noſtra S. Dominici de Guayapan, p. F. Thomam de Meſa.

¶ In domo noſtra S. Auguſtini de Palpan, p. F. Ludouicum de Caſtilla pro tẽpore, quo placuerit R. admodum p. N. Vicario Generali, ſiuè R. admodum p. Prouinciali.

¶ In domo noſtra S. Dominici de Suchitepec p. F. Ioannem de Linares.

¶ In domo noſtra S. Dominici de Gueguetlá p. F. Ferdinandum de Medina.

¶ In domo noſtra S. Michaelis de Tilapan, p. F. Antonium Nieto finito quadrienio præſentis Vicarij.

¶ In domo noſtra SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de Eccacingo p. F. Thomam de Melgar.

¶ In domo noſtra S. Andreæ de Aguatelco, p. F. Illephonſum de Auila finito quadrienio præſentis Vicarij.

¶ In domo noſtra S. Dominici de Miſcuac, p. F. Benedictum de Vega P. Prouinciæ.

¶ In domo noſtra S. Hyacinthi, p. F. Ioannẽ Cardon.

¶ In domo noſtra S. Pauli de la Puebla, p. F. Thomam de Salmeron.

## IN NATIONE MIXTECA.

¶ In domo noſtra S. Ioannis Baptiſtæ de Cuextlaguac, p.F. Lucam Martinez.

¶ In domo noſtra Natiuitatis B. Mariæ de Tamatzulapan, p. F. Illephonſum de Chaues.

¶ In domo noſtra S.Iacobi de Texupa, p.F. Gregorium Palomares.

¶ In domo noſtra Aſſumptionis B. Mariæ de Chila, p. F. Petrũ del Monte Prædicatorem generalem, & in hoc capitulo Diffinitorem.

¶ In domo noſtra S. Dominici de Tonala p. F.

F. Andream de Rueda.

¶ In domo noſtra S. Ioannis Baptiſtæ de Guaxuapa, p. F. Franciſcum Garcia.

¶ In domo noſtra SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de Tequiſiſtepec, p. F. Antonium de Gazata.

¶ In domo noſtra S. Ioannis Baptiſtæ de Ygualtepec, p. F. Bernardum de la Cruz.

¶ In conuentu Monialium huius ciuitatis Mexicanæ damus in Vicarium, p. F. Didacum de Seruantes

Qui omnes expleto quadrienio ab inceptione ſui Vicariat9; expirare volumus in dicto officio.

## ACCEPTATIONES.

ACceptamus omnia, & ſingula ordinata à R. admodum P. N. Vicario Generali in viſitatione huius noſtræ Prouinciæ, tam pro bono Conuentuum, quam domorum noſtrarum: eaque omnia à ſua R. admodum Paternitate ordinata, diſpoſita, & mandata, inuiolabiliter obſeruari volumus.

Acceptamus gradum Magiſterij R. P. Præſentati F. Dominici Velaſquez, cuius patentes literæ pro dicto Magiſterio conſilio, & approbatione grauiorum Patrũ huius noſtræ Prouin-



uin-

uinciæ decreuit, R. admodum P. N. Vicarius Generalis legitimas, ac validas eſſe.

¶ Acceptamus ad communicationem ſuffragiorũ in vita, & morte D. Nobilẽ Ferdinandũ de figueroa, in ciuitate Mexicana, & D, nobilẽ Ioannẽ Gomeciũ Tonel de Sotomayor. D. Michaelẽ Yñiguez in ciuitate Angelorũ, & D. Marcũ de Medellin in ciuitate de Zacatecas, & D. Petrũ de Balleſteros in ciuitate de Guadalaxara; propter ſingularem eorum erga ordinem noſtrum beneuolentiam, & amoris indicia muneribus, & æleemoſinis manifeſtata: volumusque, vt in ſingulorum obitu, ſinguli fratres huius noſtræ Prouinciæ teneantur pro ſingulis ſuffragiũ facere, quaſi pro vno fratre noſtro; dum tamen prædicti Domini pro omnibus, & ſingulis defunctis ordinis noſtri deinceps obituris, teneãtur tres miſſas perſoluere, ac celebrare facere. In ſuper eis concedimus, vt inter fratres noſtros in noſtris Conuentibus S. Dominici de la Puebla, S. Dominici de Zacatecas, & S. Dominici de Guadalaxara, valeant ſepelliri. Quod ſi alibi eos mori cõtigerit; eorũ corpora Prædictis Cõuẽtibus poſsint deportari, ac ſepulturæ tradi:

Acceptamus Prædicaturam generalem R. P. F. Ioannis de Eſquibel pro Conuentu noſtro S. Dominici de Mexico in legitima vaccanti

inſti

inſtituti in prædicto officio à R. admodum P. N. Vicario Generali, & quantum ad nos ſpectat inſtituimus, & acceptamus prædictum P. in dicto officio.

Acceptamus Collegium noſtrum S. Dominici de porta Cœli â R. admodum P. N. Vicario Generali formatum, & in ſtudiũ generale pro forma, & gradu magiſterij inſtitutum: acceptamus etiam ſtatuta hiſpano ſermone ab eodẽ R. admodum P. Vicario Generali, & à nobis pro dicto Collegio facta, ea omnia, & ſingula inuiolabiliter obſeruari volumus, atque à ſede Appoſtolica confirmationem eorum humiliter poſtulamus.

Acceptamus etiam Conuentum noſtrum S. Hyacinthi de Atriſco ad inſtantiam gubernatorum prædictæ Villæ fundatum, eumque in dies augeri ſummopere exoptamus.

## DECLARATIONES.

Declaramus R. admodum P. N. Didacũ de los Cobos in hoc noſtro capitulo Deffinitorem, & Priorem huius noſtri Conuentus rité, ac legitimè poſtulatum fuiſſe in capitulo præcedenti celebrato in eodem Conuentu Mexicano die 11. Maij Anno Domini 1624. immo per-

perlegiſſe declaramus Artium, & Theologiæ curſus ad gradum magiſterij obtinendum requiſitos, iuxta ordinationem huius noſtri capituli auctoritate Appoſtolica P. N. Vicarij Generalis requirentem lecturam Theologiæ per octo integros annos. Declaramus etiam R. p. F. Thomam de S. Iuan Regentem Conuentus noſtri S. Dominici de la Puebla, legitimè fuiſſe expoſitum in prædicto Capitulo immediate præcedenti ad gradum Baccalaureatus pro natis in Hiſpania, immo etiã perlegiſſe curſus requiſitos ad gradum magiſterij obtinendũ iuxta prædictam ordinationem huius noſtri Capituli exigentem octo integros annos in lectura Theologiæ; non tamẽ poſtulamus nec exponimus prædictos PP. ad gradum magiſterij eo quod nõ ſit locus vaccans. Decclaramus quoque R. P. F. Ioannẽ del Caſtillo Lectorẽ Theologiæ noſtri Collegij S. Dominici de porta Cæli de Mexico, legitimè fuiſſe poſtulatũ ad gradum Baccalaureatus pro natis in Hiſpania in dicto Capitulo immediatè præcedẽti, & ſi opus eſt exponimus, & poſtulamus illum in hoc noſtro Capitulo, cum iam habeat omnia requiſita iuxta ordinationem noſtram ſtatuendã quia requiruntur quattuor anni completi in lectura Theologiæ.

De-

Declaramus etiam R. P. F. Antonium Nieto primarium Lectorem dicti Collegij S. Dominici de porta Cœli perlegiſſe curſus Artium, & Theologiæ requiſitos ad gradũ magiſterij iuxta ordinationem prædictam octo annos cõpletos in lectura Theologiæ exigentẽ; immo plures perlegit, non tamen exponimus, neq; poſtulamus Prædictum P. ad gradum magiſterij, vſque dum ſit locus vaccans pro natis in Indijs. Declaramus itidem R. P. F. Franciſcum Narãjo perlegiſſe etiam curſus artium requiſitos, & per octo, & amplius annos Theologiã in hoc noſtro Conuentu Mexicano, quem etiam vſq; dum ſit locus vaccans non exponimus ad gradum magiſterij, neque Baccalaureatus, vſque dum ſit locus vaccans pro natis in Indijs. Declaramus etiam, P. F. Antonium de Amaya perlegiſſe curſus Artium, & Theologiæ prærequiſitos ad gradum Baccalaureatus iuxta prædictã noſtram ordinationem ſtatuendam requirentem quattuor annos Theologiæ ad prædictum Baccalaureatum; quem etiã eadem ratione nõ exponimus, nec poſtulamus. Declaramus etiã R. P. Preſent. F. Didacum de Moncayo Rectorem noſtri Collegij S. Dominici de la Puebla perlegiſſe in generali ſtudio curſum integrum Artium, & Theologiã pro forma, & gradu per

 ſex

ſex integros annos, & in officio M. ſtudentium ante lecturam Artium per duos annos,& dimi dium ſe exercuit, quē etiam eadem ratione nō exponimus: ſimiliter etiam declaramus, R. P. F. Illephonſum de Xironda perlegiſſe curſum integrum Artium,& Theologiam per tres integros annos numerando tempus inquo offici um Magiſtri ſtudentium exercuit, quem etiam ſimili ratione non exponimus. Obſecramus autem R. admodum P. N. Vicarium Generalē vt pro amore iuſtitiæ augere velit numerū Bac calaureatuum huius noſtræ Prouinciæ, vt qui maiori honore digni ſunt,hunc ſaltim ( alterna tiua ſeruata natorū in Hiſpania, & Indijs ) ſubire valeant, addēdo triplicem Baccalaureatū, quod. & fecit auctoritate ſui officij, & Appoſtolica ſibi commiſſa;hac igitur cōceſsione ſuppoſita exponimus, & poſtulamus pro natis in Indijs duos PP. qui per plures annos curſus Theologiæ perlegerunt, vt conſtabit in expoſi tionibus.

Declaramus, quod iuxta voluntatem R. P. N. Magiſtri Ordinis duo PP. nati in Hiſpania poſſunt ſibi ſuccedere in officio Prioratus omnium,& ſingulorum Conuentuum noſtrorum, & idem de Patribus natis in Indijs declaramus cum alternatiua internatos, in Indijs, & Hiſpa nia á Reuerendiſsimo Magiſtro Ordinis huic

noſtræ

noſtræ Prouinciæ conceſſa expreſſè afferat, non eſſe extendendam ad prioratus officium.

¶ Declaramus numerũ fratrum natorum in Indijs excedere fratres in Hiſpania natos in numero 51. collatis enim omnibus in Hiſpania natis cũ fratribus natis in Indijs prædictus exceſus inuẽtus eſt; vnde caueat R, admodum P. Prouincialis ne contingat ei non obſeruari literas fælicis recordationis Gregorij Papæ XV. in quibus ſub pæna priuationis ab officio Prouincialatus præcipitur ei, vt in hoc æqualitas obſeruetur.

## EXPOSITIONES.

EXponimus ad gradum Baccalaureatus pro natis in Hiſpania in loco vaccanti per aſſumptionem ad magiſterium Reuerendi admodum P. fr Franciſci de Arebalo, R. P. fr. Franciſcum de Bonilla lectorem Theologiæ huius noſtri conuentus S Dominici de Mexico, cum habeat omnia requiſita, etiã iuxta ordinationẽ noſtram ad prædictũ gradũ promerendum. Exponimus etiam (ſuppoſito quod R. admodum P. N. Vicarius Generalis auctoritate ſui officij, & Apoſtolica ſibi commiſſa triplicem addidit huic noſtræ Prouinciæ baccalaureatum) ad gradũ baccalaureatus pro natis in Indijs R. P. fr. Antoniũ

Nieto lectorem primarium noſtri Collegij S. Dominici de Porta Cœli, habētem omnia requiſita, etiam ad gradum Magiſterij. Exponimus etiam R. P. fr. Franciſcum Naranjo, lectorē primarium noſtri conuentus S. Dominici de Mexico, etiam pro natis in Indijs ad gradum baccalaureatus: cum etiam habeat omnia requiſita iuxta rigorē noſtræ ordinationis ſtatuendæ ad gradum Magiſterij. De tertio autem baccalaureo pro natis in Hiſpania prouidebit hæc noſtra Prouincia.

¶ Exponimus auctoritate Appoſtolica ſanctiſsimi Domini noſtri Pij Papæ V. fælicis recordationis omnes, & ſingulos Patres huius noſtræ Prouinciæ aſsignatos in populis indorum, & in poſterum aſsignandos in Miniſtros ſacramentorum Eccleſiæ: dūtamen examinati, & approuati exiſtant ab examinatoribus deſignatis.

## CONFIRMATIONES.

Confirmamus, quod ſæpius cōfirmatū eſt, quòd Vicarij omnium domorum gaudeant auctoritate Priorum in ſpiritualibus, & temporalibus, pro ipſis, & ſubditis, & hoſpitibus, declarātes, quòd poſſunt cōfiteri vbicumque fuerint in conuentibus, & extra ad inuicem cū quibuſcumque religioſis, etiam non ſubditis, ſimiliter

ter fratres ſubditi, & expoſiti pro fratribus poſſ. ad inuicem confiteri.

## ORDINATIONES.

ORdinamus, & auctoritate Appoſtolica noſtro Reuerendo A. P. Vicario Generali commiſſa inuiolabiliter ſtabiliri, & obſeruari volumus, quôd nullus exponatur ad gradum baccalaureatus, qui curſum artium, & Theologiam per quattuor integros annos in ſtudio Generali nõ perlegerit. Similiter, nullus exponatur ad gradũ Magiſterij, niſi curſus artium, & Theologiam per octo integros annos legendo non perfecerit in aliquo ſtudio generali, annullantes, jrritũque iudicantes quidquid in contrarium factum, ſiuè attentatum fuerit.

¶ Ordinamus etiam, perpetuoque obſeruari volumus iuxta voluntatem catholici Regis, vt Vicariatus officium, ſiuè prælatia Religioſorum, & officium doctrinarij, ſiuè curam gerentis Indorum ſemper committatur diuerſis perſonis, quãtum poſsibilitas admittit, vt vitentur nõ leuia inconuenientia. Sæpe namque contingit, vt ſenes, grauiores que Patres, & antiqui lectores apti ad prelaturam ſubeundam, inepti exiſtant ad Indorũ curam gerendam: vel quia eorum linguam non callent, vel quia itinera aſpera, & mõtuoſa con-

ficere nequeunt.

¶ Ordinamus etiam, & ſub formali præcepto mãdamus omnibus religioſis huius noſtræ Prouinciæ quod nullus prouocet, excitet, aut moneat Indos filios noſtros, vt cõtra aliquẽ religioſum, aut aliquos religioſos corã prælatis ſuis, aut magiſtratibus, ſiuè iudicibꝰ crimina, & defectus religioſorũ obijciãt, aut quærelas cõtra eos ꝓponat.

Ordinamus etiam pro maiori timore, & reuerentia fratrum in domibus Nouitiorum, & iuuenum huius noſtræ Prouinciæ degentium, quod eorũ magiſter poſsit quoſcunque eorum aſsignare, & incarcerare, & punire independẽter à Priori Conuentus, & à P. Prouinciali: poſsitque cum eadem independentia prouidere fratribus ſibi ſubiectis, tam Clericis, quam Laicis de omnibus neceſſarijs in veſtibus interioribus, & exterioribus, & in alijs, quæ rationabiliter iudicauerit expedire, pręcipimuſq; ſub formali præcepto RR. Patribus Prioribus noſtri Conuentus S. Dominici de Mexico, & noſtri Cõuentus Sancti Dominici de la Puebla, & Procuratoribus prædictorum Cõuentuũ, vt abſq; mora aliqua, aut tergi verſatione prædictis magiſtris Nouitiorũ, & iuuenũ tribuãt quidquid ab eis petierint pro ſolatio, victu, aut veſtitu prædictorum fratrum domus Nouitiorũ.

¶ Ordinamus etiam, quod nullus frater prætex-

tu

tu magiſterij, aut alterius cuiuſcumque dignitatis, aut antiquitatis, poſsit clauſtrum Conuentuũ noſtrorum, aut domorum exire abſque expreſſa licentia Prælati, ſeu Præſidentis perſe ipſum pro qualibet vice petita.

